Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2105

Quelle:
Copyright:

II. *fol.* 33. p. 2. ſuccedunt Opuſcula *Joh. Wicleſi*, et primo *Dialogus*. Initium: *Cum ydemptitas ſit mater faſtidij* &c. ut alias. Ad calcem *Pliaczka ἀ α-γραμμα* Librarii, qui poſt longam enumerationem Officiorum tres hominum Conditiones, quae hoc Opere erudiuntur, conſtituentium ſubdit: *Anakonczy Paliczka przietel*, i. e. *Ad finem Paliczka Amicus.*

III. *fol.* 67. p. 2. Ejusdem *Paſtorale*. Initium: *Cum duplex debet eſſe officium* &c. ut alibi. Ad calcem nil niſi Index.

IV. *fol.* 98. ut in Elencho praevio Ejusdem *de Fundatione Fratrum*. Alibi inſcriptus *de Fundatione Sectarum* incipit: *Motus ſum per quosdam* &c. Nihil ad calcem.

V. *fol.* 122. ut ad calcem Ejusdem *de Noua preuaricancia mandatorum*. Initium: *Cum ſecundum veritatis teſtimonium* &c. ut jam alias.

VI. *fol.* 133. Ejusdem *de Simonia* praemiſſo Conſpectu, qui incipit: *Sentencia tractatus de ſymonia capitulariter ſic habetur* &c. Ut alibi. Ad calcem Diſtichon illud mendoſum: *Explicit hoc verum* &c. et Index.

VII. *fol.* 193. ut e calce adſumo: Ejusdem *Reſponſiones ad argumenta cuiusdam ſocij emuli veritatis*. Ut alibi. Initium: *Quidam ſocius quem ſuppono* &c. Subſcriptus: *Andreas paliczka veſter in omnibus: Jeronimus.* Quid iſtud?

VIII. *fol.* 217. ut in Elencho praevio: *Replicatio Magiſtri Johannis Hus contra intimacionem Magiſtri Mauritij Monachi.* Initium: *Quia predicando Ewangelium ad populum* &c. In Operibus *Huſſi* editis T. I. p. 168. et nobis *Cod.* CCCCXXXII. inſcribitur: *Contra occultum Adverſarium.* En igitur illum manifeſtum. An vero is ſit *Mauritius de Praga* non ſemel nobis memoratus, et an idem cum illo *Magiſtro Mauritio*, cui Doctores *Pragenſes* contra mandatum *Innocentii* VII. a. 1404 — 6. locum dare recuſarunt, ut illis pluries oggerit *Huſſus*, dicere non habeo.

IX. *fol.* 237. p. 2. *Joh. Wicleſi*, ut e praevio Elencho, et ad calcem, Tractatus *contra Cruciatam Pape.* Init: *Cum ſecundum fidem katholicam Rom. 8. timentibus deum* &c. et relatus fuit alias.

DLIV.

Codex partim chartaceus, partim membraneus, lat. Sec. partim XV. partim XIV. Folior. 212. f. parte priori charactere atro, luculento conſcriptus, rubricisque diſtinctus exhibet: I. Commentaria in *Oſeam* Prophetam, non utique *Wicleſi*, ut jam *Cod.* CCCCXCIII. monui, ſed neque *Joh. Huſſi*, ut e dicendis patebit. Prooemium incipit: *Heliſeus arabat in duodecim iugis boum. III. Reg. 19. Heliſeus iſte chriſtus eſt, qui ſolet arare* 889